



## Bibliographische Daten

Titel: Hexameron  
Ersteller: Mediolanensis, Heiliger Ambrosius  
Signatur: 3 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.



Neque disciplinam quandam materie quam contemplando mundū  
 posset effingere. sed auctorem deum expmendum putavit. **A**duertit  
 enim vir plenus prudentia q̄ visibilium et inuisibilium substan-  
 tiarum et causas rerum mens sola diuina contineat. **N**on ut phi-  
 losophi disputant validiorem arthomorum complexionem perseuerā  
 tie iugis prestare causam iudicauit q̄ telam aranee texerent qui sic  
 minuta et in substantiua p̄cipia celo ac terris darent que ut fortui-  
 to coniungerentur. ita fortuito ac temere dissoluerentur. nisi in sui  
 gubernatoris diuina virtute cōstarent. **N**ec immerito gubernatorē  
 nesciunt q̄ non nouerunt deū per quē omnia reguntur et gubnātur  
**S**equam̄ ḡ eum qui et auctorem nouit et gubernatorē. nec vanis  
 aboucamur opinionibus. **I**n principio inquit. quam bonus ordo  
 ut illud primum assereret q̄ negare consuerunt. et cognoscerent p̄-  
 cipium esse mundi. ne sine principio mundum eē homines arbitra-  
 rentur. **V**nde et dauid cū de celo et terra et mari loqueret̄ ait. **O**mnia  
 in sapientia fecisti. **D**edit ergo principium mundo. dedit etiam crea-  
 ture infirmitatem ne anarchon ne increatum et diuine consortem  
 substācie crederemus. **E**t pulchre addidit. fecit. ne mora in faciēdo  
 fuisse estimaretur. **V**t vel sic intelligerent homines q̄ incomprehen-  
 sibilis operat̄ eēt qui tantum op̄ breui exiguoq̄ momēto sue ope-  
 ratōis absolueret. ut volūtatis effect̄ sens̄ temp̄is p̄ueniret. **N**emo  
 operantem vidit s̄ agnotum operatum. ubi igitur mora cum legas  
**Q**uia ipse dixit et facta sunt. ipse mādauit et creata sunt. **N**ec artis  
 igitur vsum nec virtutis expendit qui momento sue volūtatis ma-  
 iestatem tante operationis impleuit. ut ea que non erant eē faceret  
 tam velociter ut neq̄ voluntas operationi precurreret. nec operatio  
 voluntati. **M**iraris opus queris operatorem quis principium tā-  
 to operi dederit. quis tam cito fecerit subiecit statim dicēs. quia deus  
 fecit celum et terram. **A**udistis auctore dubitare nō debes. **D**ic est ī q̄  
 benedixit melchisedech abraham patrem multarum gentium dicens  
**B**enedictus **A**bram deo summo qui fecit celum et terram. **E**t cre-  
 didit **A**bram deo et ait. **E**x tendo manum meam ad deū sūmum  
 qui fecit celum et terram. **V**ides quia hoc non homo inuenit sed de-  
 ānunciavit. **D**eus est enim melchisedech qui est rex pacis et iusticie  
 nec initium dierum nec finem habens. **N**on mirum ēgo si deus q̄